suā supra petrā; Venerunt flumina descenderunt plu
uię & flauerunt uenti & in pegerunt in domum
illā. & non cecidit fundamentū erat supra petrā.
hec cōplens dn̄s expectat uos cotidie his scīs suis moni
tis factis respondere debere; Ideo nobis ꝓpter emen
dationē malorū huius uitę ad indutias relaxa
ntur; Dicente apostolo; An nescis quia penitē
tiā te adducit; Nā pius dn̄s dicit. Nolo mortē
peccatoris. sed cōuertatur & uiuat. Cū ergo intē
rogamus dn̄m fr̄s de habitatore tabernaculi eius. audi
uimus habitandi p̄ceptū. Sed si cūpleamus habita
toris officiū ergo p̄parāda sunt corda & corpora
nr̄a scē p̄ceptorū obedientię militanda. & quod
minꝰ habet in nos natura possibile rogemus dn̄m.
ut gratię suę iubeat nobis adiutorium ministrare.
Et si fugientes gehennę penas ad uitā uolumus
ꝑuenire ꝑpetuā dū adhuc uacat. & in hoc corpore
sumus & hec omnia ꝑ hanc lucis uitā uacat in
plere currendū & agendū est modo quod in ꝑpe
tuū nobis expediat; Constituenda est ergo a nobis
dominica scola seruitii in institutione. nichil aspe
rū. nichil graue nos constituros speramus. Sed

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.11, 2v – Statuta confraternitatis XII apostolorum Parisiensis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-khhg/5198/49640)